

cur inter se et impediunt se. vel per stulticiam vel per ignauiam. ne communi consensu/ si aut ambulatione in domo domini. dum alij fauent abusibus. alij tollere volunt. Veritas est quod omnis via fauorabilis et humilis tentanda est cum summo pontifice/ dum male informatus/ fert per se vel suos/ iniustas sententias. quod desistat reformet. Sed si nihil profert humilis sedulitas. arripienda est virilis et animosa libertas. **¶ Finit.**

## Item ab eodem

de cordis induratione

**Q**uod durum male habebit in nouissimo. Duricies ista/ quomodo causetur. et quid est illud apostoli/ deus cuius vult miseret/ et quem vult indurat. non est mediocrius questio. Siquidem deus neminem deserit nisi prius deseratur per auersionem ab eo per peccatum. Sed deseritione facta/ cadit homo in profundum et contemnit. Contemneri vero/ deus non dat gratiam sed resistit. ac proinde non emollitur cor/ nec liquefit ad gratie susceptionem. Tandem pena damnationis infligitur. et obduratio confirmatur. Causa igitur obdurationis est voluntas auerrens. et hec incipit. Voluntas resistens. et hec continuatur. Culpa permerens et hec confirmat. Deus gratiam non datur. et hec non liberat. Deus iuste puniens. et hec ordinat. **¶ Finit.**

## Opusculum de indulgentiis eiusdem cancellarij

**Q**uocumque alligaueritis super terram/ erunt ligatae in caelis. Et quocumque solueritis super terram/ erunt soluta et in caelis. **Mat. xvij.** Collata est autem potestas hec hinc promissa/ dum post resurrectionem Christus apparens discipulis suis insufflauit in eos et dixit. Accipite spiritum quomodo remiseritis peccata remittuntur eis. et quorum retinueritis retenta sunt. **Joh. xx.** Specia liter autem et excellent data est ista potestas clauium ecclesie. promissa prius. **Petrus ibi. Tibi dabo clauem regni celorum. Mat. vi.** Dum post resurrectionem ter interrogatus de dilectione/ dixit Christus sibi ter respondenti quod esset diligere. pasce agnos meos. pasce oues meas. Fundauerat autem Christus potestatem alligandi

di iuridice per excoicationem dum dixerat. quod si ecclesiam non audierit. etc. Fundatur denique super premissis/ potestas omnis/ indulgentias conferendi. Super quibus quod varij varie tradiderunt. Placuit sequentes annotare pauculas consideraciones. **¶ Prima consideratio.** Potestas clauium ecclesie/ iudicialis et forinseca/ non extendit se simpliciter et directe/ ad remissionem culpe. Ratio quod requiritur sacramentalis confessio et absolutio quod non fit in publico et iudiciali foro. **¶ Secunda.** Potestas clauium iudicialis et publica/ non extendit se principaliter et directe ad diminutionem pene/ nisi illi quod infligit aut infligere potuit/ cuiusmodi sunt pene excoicationum. et quaricumque irregularitatum. inhabilitationum circa legitimos actus ecclesiasticos aut ciuiles. Ratio quod ad partem que excipit et affirmat. quia cuius est condere huiusmodi est destruere vel interpretari. Sed negatiua patet per idem argumentum a contrario sensu deductum. **¶ Tertia.** Potestas clauium ecclesie super indulgentiis concedendis/ modis quibus consuevit vti ecclesia vel ecclesie pluri/ a summo usque deorsum/ per quotatorem dierum et annorum/ presupponit necessario remissionem vel indulgentiam in foro secreto conscientie seu confessionis sacramentalis. de facto vel in voto seu proposito. et sepius in facto. iuxta tenorem bullarum quibus inseritur hec clausula. vere penitentibus et confessis. nisi collator indulgentiarum/ intendat satis esse quod homo sit in caritate contritus/ scilicet cum proposito spe et loco confessionem facere actualem. Est autem ista fauorabilior interpretatio sine confessione quam liber. **¶ Quarta.** Potestas clauium ecclesie/ sacramentalis et in foro conscientie/ eminentior est vtilior et eligibilior in collatione indulgentiarum quam potestas sola iudicialis. Ratio patet ex precedentibus. quoniam sine confessione sacramentali de facto vel in voto seu proposito/ nulli dies indulgentiarum vel a pena vel a culpa sortiuntur effectum. **¶ Quinta.** Solus papa supremus Christus cum patre et spiritu sancto/ potest dare plenam auctoritatem indulgentiam omnimodam a pena et culpa. quam dum confert/ dat innumerabiles et infinitos indulgentiarum dies. Ratio quia vel absoluit et quitat totam penam debitam peccato mortali. siue sit originale siue actuale. Et hec quidem est infinita extensio et atque duratiua. Aut si

## De indulgentiis

mutat christus penam illam debitam morali eternam/ in temporalē: patet adhuc quod huiusmodi remissio se extendit ad infinitos dies indulgentiarum/ si tales dicere possumus dies infinitos vel eternos. Juxta illud Dies eternos in mente habui.

**Sexta** ¶ Solus papa christus/ gratis et absque merito alio quam suo/ facit huiusmodi commutationem pene perpetue in penam temporalem vel in plenam absolutionem. Ratio quia si talis remissio fieret ex merito illius cui remittitur/ ipsa non esset iam pure gratuita. sed quodammodo debita vel ex opibus vendita. nos autem hoc intelligimus de merito condigni.

**Septima** ¶ Solus papa christus/ in iustificatione impij prius natura infundit gratiam quam remittat culpam. Prius insuper dimittit reatum pene eterne per infusionem huiusmodi gratie/ quam homo mereatur a peccato resurgere/ vel ab hoc reatu liber esse. Quo circa non satis advertebant qui dicebant primum actum contritionis post peccatum/ esse plus incompabiliter merito: quam aliquem posterius elicitum. Fundantes se in hoc quod contritio merebatur liberationem a pena eterna. et consecutionem vite eterne. non ita consequentes merebantur huiusmodi remissionem. quoniam iam facta erat.

**Octava** ¶ Solus papa christus potest illam tot dieum et annorum mille milium indulgentiam concedere/ quam posita reperitur in diversis concessionibus summorum pontificum vel aliorum/ sub variis temporibus locis et causis. Et forte talis enormitas concessionis ab aliquibus questuosis aut aliter male motis/ conficta est.

**Nonā** ¶ Indulgentiarum concessio rationalis/ presupponit in conferente auctoritatem a christo fundatam. et in euangelio vel ex ipso explicatam. Presupponit idoneitatem et adimplerem conditionis appositae in indulgentiis. ut quod sit verus contritus et confessus. et faciat hec aut ista etc. Presupponit tertio causam concessionis seu distributionis huiusmodi indulgentiarum legitimam. clausam scilicet ecclesie non errante. neque christo reprobante. ubi non certa et evidens noticia requiritur. sed estimatio bone fidei et probabilis coniectura. quemadmodum in distributione thesauri materialis. de fisco regio vel ecclesiastico/ papa vel rex vel alius distributor attenderet.

**Decima** ¶ Indulgentiarum concessio per tot milia

nedum dierum sed et annorum/ videtur difficulter saluabilis post remissionem eterne pene et commutationem in temporalem. Constat enim quod nec homo singularis in hac vita potest aut debet ad tot annos obligari penitentiam agere. cum non victurus sit per millesimam partem tot annorum. et nemo ad impossibile obligatur. Constat praeterea quod dum mundus finem habebit/ cessabit purgatorium. et ex consequenti dies penarum suarum.

**Undecima** ¶ Indulgentiarum concessio non extendit se ad penas ex corruptione nature contractas per peccatum originale. Verum est enim quod papa non absoluit a siti. a fame. ab infirmitatibus. et a morte. Extendit igitur huiusmodi absolutio ad penas supradictas et infligendas/ iusto penitentialis satisfactoris iudicio pro peccatis actualibus/ vel hic vel in purgatorio. quoniam in inferno nulla est redemptio.

**Utrum** vero claves ecclesie/ se possint extendere non solum super terram sed sub terra in purgatorio/ maxime quo ad remissionem pene aut venialis culpe aut excommunicationis prius late dum viveret reus nunc existens in purgatorio. sunt opiniones ad utramque partem probabiles. Et favorabile est dicere quod sic. saltem per indirectum. propter communionem in charitate.

**Sed** neque debet aliquis sic inniti indulgentiis concessis in toto vel in parte a pena et a culpa quin studiosius sit satisfacere per se et alios hic in vita.

**Duodecima** ¶ Indulgentiarum concessio/ non est pependenda seu contentenda. sed amplectenda de uoluntate in fide spe et charitate domini nostri Iesu christi qui potestatem talem clauium ecclesiasticarum dedit hominibus. Constat enim quod fructuosior est et acceptabilior deo et hominibus operatio. talibus in nitens indulgentiis/ quam altera: et hoc ceteris paribus/ non innitens.

**Consilium** est igitur solum et sanum quod absque curiosa discussione de precisave evidenti et certa quantificatione seu mensuratione huiusmodi indulgentiarum studeat homo pius/ tales acquirere secundum qualitatem suae vocationis. Pondus autem valoris illi relinquere/ qui omnia facit et fecit/ in numero. pondere et mensura.

Postremo concedentes indulgentias/ rationaliter/ et in intentione et in verbis vel in scriptis

suas concessionem moderentur. vt nec diuine iusticie cum misericordia derogetur nec scandalū maxime pusilloꝝ prebeatut vel ne facilis concessio maioris indulgentie pro minimis vel exiguis causis/ pariat in arduis et legitimis pro ecclesia vel republica negotijs detrimentū. ¶ **Decima tertia.** Si quis petit pro se et pseueranter et pie. hoc est ad salutem et ex caritate efficaciter eius oratio. Pater hoc ex regula magistrali que fundatur super hoc verbo christi Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. ¶ **Decima quarta.** Si quis petit indulgentiam peccatorum fieri sibi in hac vita potius q̄ in purgatorio/rite petit et pie. quoniam am pena purgatorij longe grauior est et minus habens/ immo nihil habens de merito. Deducit ad hoc/ petitiō psal. notans de triplici foro iudiciali seu punitiōno. Domine ne in furore tuo arguas me. quo ad infernū vbi regnat horrenda et q̄ dāmodo furiosa iusticia propter effectū/ non ob iudicantis affectum. Neq; in ira tua corripas me. quo ad purgatorij vbi seder iusticia quodāmodo rigorosa et irata. Diserere mei domine quoniam infirmus sum. quo ad p̄ntem vitam vbi sceptrum tenet et thronum gratie dulcis misericordia. ¶ **Decima quinta.** Si quis petit indulgentiam peccatorū suorum fieri in hac vita ex caritate et pseueranter/ obtinebit vitis et moriens statim euolabit ad celum. Sequitur ex precedentibus quia vel per martiriū vel alijs modis deo cognitis/ purgabitur in hac vita et longe mitius q̄ in altera puniretur. simul et premium essenziale/ per patientiā merebitur augmentari. ¶ **Decima sexta.** Si quis petit dilatiōem satisfactiōis sue fieri non in hac vita sed in purgatorio/ potest hoc contingere culpabiliter propter debilitatem fidei de penis purgatorij. aut quia nimis amat delicias et honores vite presentis. vel asperitates exhorret. Si vero veniat hec petitiō/ ex consideratiōe fragilitatis proprie/ et debilitate sue patientie in aduersis/ ne succumbat et peccet. tolerabilis videtur esse timor iste licet imperfectus sit et non omnino excusabilis qz quodāmodo diffidit de deo q̄ nō tolerabiliter secum ageret neq; q̄ daret debitā patientiā. ¶ Colligitur autem ex hac consi-

deratione quadruplici/ ratio moralis et theologica. Tur viri sanctissimi/ tot flagellis atteruntur in hac vita. quia confidentes in dei misericordia/ q̄ faciet eis cum temptatiōe prouentū/ petunt hic puniri et non in finem peccata scilicet etiam venialia differri purganda. quorū deus petitiōnem exaudiens/ cōmutat sententiā et penam purgatorij in penā temporalis huius exilij/ et in augmentū essentialis premij scilicet cum acceleratiōe paradisi. Hinc est illud Augustini. Hicere. hic seca vt in eternū parcas. Notetur de mauricio imperatore. qui elegit hic puniri et proditorie occisus est. Sic aliqui iusti/ viuunt et moriuntur ignominiose quo ad mūdum. sed mors iusti subita/ quam precessit bona vita. non minuit merita si moriatur ita. Propterea nil temere iudicandū. Certissimum signum indulgentie salutaris est/ bona facere et mala pati. Lugduni anno 1427. Sexta die octobris.

## Subduntur alie

considerationes eiusdem pro amplificatione materie super indulgentia peccatorum.

**Consideratio prima.** Eligibilis est orare pro viuis q̄ pro mortuis. vt liberentur a culpa et perseuerent in gratia. Accipitur autem oratio nomine generali/ pro omni adiutorio spirituali quale intelligit fieri tribus modis. Per amicabilem intercessionem. per meritoꝝ am actiōnem. per recōpensatoriā satisfactiōnem. Pater igitur consideratio quia mortui sunt extra terminū vite. qui si sint in purgatorio vel in celo/ non indigent liberari a culpa/ maxime a culpa mortali et sunt in gratia confirmati. damnatis vero non prodesse. ¶ **Consideratio secūda.** Eligibilis est orare pro mortuis existeribus in purgatorio vt liberentur a pena/ q̄ pro viuis. Ratio est. quia plus indigent. quia minus se iuuare possunt. Recompensabunt preterea cum eis bene fuerit in gloria quando habebunt vocem in celo. Deniq; non potest pro ipsis esse talis oratio frustra cum sint in gratia. cum preterea fiat ex sua iussione vel ordinatiōne principali. Multi rursus ita fieri meruerūt dū erant in via. bona sua largiēdo

## De indulgentiis

Et ita de pluribus causis seu motibus. Porro amicabile intercessio: spectat maxime ad sanctos in gloria qui sunt extra statum merendi et satisfaciendi. Sed meritoria actio pertinet ad solos viatores. Recompensatio similiter satisfactoria spectat ad eos tam pro vivis quam pro mortuis qui participes esse possunt. Expediit demum: ut omnis oratio nostra ecclesie communioni se coniungat. **Tertia consideratio.** Eligibilis est homini viatori procurare sibi iuamentum spirituale in vita sua ut liberetur a culpa et pena: quam expectare per fundationes aut alia pia testamentorum legata post mortem quae talia sibi fiant. Sequitur ex consideratione predicta: quia post mortem ista non perderunt sibi ad melius nisi quod liberetur a pena si sit in purgatorio. Nunc autem dum vivit sibi prodesse possunt ad liberationem culpe et inventionem gratiae: nec non ut in gratia finaliter perseveret. Rursus ex alio quia liberalius et difficilius est dare in vita quam relinquere post mortem distribuendum. **Quarta consideratio.** Eligibilis est ceteris paribus agere opus satisfactorium ex charitate pro vivis aut mortuis: quam opus solum meritorie actionis aut amicabile intercessionis. Patet quia satisfactio includit tria simul et non e contra. Juncto quod opus meritorium simul et satisfactorium: non minus meretur de premio essentiali vel augmento gratiae ex hoc quod est satisfactorium pro certa liberatione a pena: quam si non esset alicuius pene deletivum. alioquin non expediret satisfactio si in diminutionem gloriae (que incomparabiliter melior est quam a pena liberatio) verteretur. Additum est ceteris paribus: quoniam opus meritorium non penale et per consequens non satisfactorium: ut sic posset fieri cum maiori caritate circumstantiis alijs meliorantibus actionem: quod liberatio a pena non equaliter augmento gratiae in presenti vel gloriae in futuro. **Transferebantur consideraciones ad omne genus suffragiorum etiam illorum: que habent efficaciam ex vi operis operati: ut in sacramento missae.** Concludit insuper ex praemissis quod non semper eligibilis est adquirendas indulgentias per liberationem a pena vel satisfactioem: quam alijs opibus vacare: dum praesentia fieri cum maiori charitate. Et ita dicere de opibus vite active: ut de ieiunijs aut alijs afflictionibus penales: et tamen satisfactorijs. **Patet iterum fatuitas illorum: qui so-**

lo intuitu laute sustentationis habende: se onerant opibus satisfactorijs per alienis. Secus si ex magna et sola charitate per mortuum hoc faciunt. Et dum sentiunt se vtilius et accommodatius iuxta vocationem suam occupari circa talia opera quam circa puras et altas meditationes et excessus mentales: qui paucorum sunt valde. Aut subinde quia sunt obligati propter receptionem sustentationis corporalis per fundatores vel alios: taliter exerceri. **Collige ergo quod indulgentie peccatorum: proveniunt multis modis.** Primo est satisfactio propria voluntarie facta. Secundo est satisfactio propria in confessione suscepta. Tertio satisfactio per alium per se persoluta in corpore vel in donis praesertim cum auctoritate commutantis. Quarto per indulgentias ecclesie seu prelatorum. Quinto per communicationem suffragiorum communium sicut in monasterijs et ecclesijs. Sexto per patientiam in adversis cum obsecratione quod in partem sue purificationis convertantur: nam dominus in tribulatione peccata dimittit. Septimo per omne opus ex caritate factum: quod cuius spectet ad contemplationem: si iungatur intentio vel oratio: quod valeat ad indulgentiam peccatorum. Sic enim dictum est de maria magdalena quia dimissa sunt ei peccata multa: quod dilexit multum. Et ad seruum. Omne debitum dimisi tibi quia rogasti me. Valet octavo vehementer omne opus misericorditer: primis impium secundum opera misericordie: tam spiritualia quam corporalia: quorum quolibet ad septenarium rediguntur. Sic enim dictum est daretur dabitur vobis: dimittite et dimittetur vobis. Postremo pietas gratuita dei: scilicet orationes suorum praevenerit et confert sepe indulgentiam quale nullis precedentibus meritis haberemur imitando eis: hoc semper supposito quod supermus papa dominus noster Iesus christus: has indulgentias certificabit et confirmabit. Qui nos semper dirigat et conservet in operibus mandatorum suorum. Qui cum deo patet.

**Explicit opusculum de materia indulgentiarum.**